·vj·

Sanctissimo in xpo pri · et dno
suo dno Benedicto duodecimo sacro
sancte Romane ac Uniuersalis Ecclie
Summo pontifici ·:·

Misse fuerunt iste lre p ludowicu de bauaria dapnat p Eccliaz sr regimine
Dat die · xij · mes decebr Anno dni · m · ccc · xxxvj
et sunt ples tenden ad h

Xij

Sanctissime pater Licet circa negocia nobis ex debito nri officij in diuersis mundi puintijs incumbencia noster animus diuersimode distrahatur Specialiter tamen ad vos et sanctitatis vre clemenciam conuertimus intima mentis nre · nec quiescere volumus quam diu gre vre et sedis Aplice non sumus uniti · et plenarie restituti · Nam ex discordia et dissensione ex diaboli sugestione inter felicis recordacois quondam dnm Johm papam pdecessorem vrm inmediatum et nos retroactis temporibz suscitatam, pplm xpianum in diuersis puintijs in psonis et rebz affligi conspicimus · et assidue vexacionis miserabilibz angustijs agitari · Ac ex pcessibz et sentencijs cont nos per predcm dnm Johm platis innumerabilibz animaz piculis subiacere · Quas erumpnas et pericula · cum interne meditacois acie contemplam · ad celere remedium adhibendu incitam · qd etiam qntum in nob est · et qntu possum devotis et fidelibz studijs volum pmpto animo requirere et opem ac operam dare vt eadem picula et diuersa scandala in Ecclia dei exinde suborta que ad plenum dici vl scribi no potunt totaliter amoueant et nos ad Ecclie gremiu reducam · Et ideo Honorabilem virum Marquardu de Randegg ppositu Ecclie Babenbergens Jur canoici pfessorem et Religiosum viru frem Heinricu de Zypplingen commendatorem domoz Uline et Werde dyoc Constanciens et Augustens · Ordinis sce Marie frum Teuthunicoz et discretu viru Magrm Ulricu de Augusta pthonotarium nrm fideles et secretarios nros spales de quoz legalitate et prudencia gerimus confidenciam indubitata quemadmodu nuprime a vra sanctitate discesserunt [illegible] nra recociliacoe ad vos et sctitatem vram · et sacru collegiu dnoz cardinaliu remittimus de intencionibz nris plenius informatos quibz in dicendis ponendis et referendis ex par[te] nra sctitatem vram fidem plenam requirim et petimus adhibere volentes et ipis pcipientes vt sanctitati vre ac vris consilijs direccoibz et informacoibz vice et noie nro studeant et etiam no omittant in omnibz obedire · Nam sicut antea sepius scripsimus ita exnunc in hijs scriptis etiam attestam · qd vt devotus filius vester et vrs athleta et defensor fidei catholice · et Aplice sedis pugnator · vobis et sacro collegio dnoz cardinaliu simili voluntate et studiosis affectibz parere et obedire volumus omni vice et p plenam et pfctam obedi[enci]am et deuotam filialem subieccoem nob intendim in gremio sedis Aplice · ppetua mansionis sedilia diuina suffragante gra pparare · nec est qd nos ab huiusmi nro pposito et intencione vra et eiusdem sedis possit aut valeat aliqualr separare · Supplicamus itaqz vre clemencie et pietati qts mansuetudis gnum pacie munia misericois habundancia qua sedes Aplica in relaxacione culpaz et penaz pie adhibere consueuit in nego nre recociliacois paterno et benigno fauore dignemini adhibere · vt sublatis pcessibz et sentencijs cont nos platis deuocio et obedia ppli xpiani que multiplr occasione earumdm pcessuu et penarum qd dolenter referim contempnit et tepescit exinde reuiuiscat et forcius augeatur · Ac fides etiam catholica no solum in sua firmitate psistat · sz amplius et amplius dilatetur · qd nob vt fidei vo alumpno precipuu esse dinoscit inter cunctas sollicitudines huius mundi · Dat Monaci tercia die mens Novembr · Anno dni Millimo trecentesimo tricesimo sexto ·:·

Ex parte Ludowici filij vri deuotissimi ·:·